



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Mariam salutare debemus propter quatuor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

CHRISTIANA

cognituram proposui? Ideo dixit ei Angelus. Benedicte tu inter mulieres, idest super omnes mulieres. Omnes enim alie mulieres maledicte fuerunt in matre sua Eua. Gen. 3. Multiplicabo erumnas tuas, & conceptus tuos, in dolore panes filios, & sub iuri potestate eris, et ipse dominus tuus, &c. Sed tu sola in mulieribus benedicte. Quintus est humilitas. ibi, Ecce ancilla domini. Hieronymus. Dicitur est ab Angelo gratia plena, et sic uacuos replet. Sextus est, obedientia, ibi. Fiat mihi secundum uerbum tuum.

Gene. 3.

Luc. 1.

Mariam salutare debemus propter quatuor.

PRimo, quia per eam salutem inuenimus. Secundo quia ab ea multa beneficia accepimus, scilicet precium nostre redemptionis.

I. Cor. 6.

Ecc. 38

Gen. 15

Vnde Paulus. Empti enim estis pretio magno, &c. Medicamentum nostre agrotationis. Præmium nostre retributionis. Gen. Ego ero merces magna tua nimis. Tertio propter Angeli exemplum. Si uis uirginem salutare, oportet te esse Angelum. Requere in litera N. & C. Quarto propter

resalutationis lucrum . Nam si eam salutauerimus , non est tam rustica , ut nos sine salutatione dimittat . Ecclesiasticus 41 . Erubescite à salutationibus de silentio . Videndum ergo est quomodo salutare debemus . Debemus eam salutare dupliciter , scilicet frequenter . Isa . Bene cane , frequenta canticum ut memoria tui sit . Ideo Bernardus . Si insurgunt uenti temptationum , si incurris in scopulos tribulationum , respice stellam , uoca Mariam . In periculis , & angustiis in rebus dubiis , Mariam cogita , Mariam inuoca , non recedat à corde , nõ recedat ab ore . Debemus salutare eam fideliter , scilicet corde , ore , & opere , ne possit dicere illud Isaia . Populus hic labiis me honorat , cor autem eorum longe est à me . Sed si uolumus ab ea resalutari , oportet his modis salutare . Vnde Bernardus . Ut impetres orationis eius auxilium , ne deseras conuersationis exemplum , ipsam sequaris , non deuias , ipsam rogans , non desperas , ipsam cogitans non erras , &c .

Ecc. 41

Isa. 24.

Bernar.

Isa. 29.

Bernar.